

Sacra da-
monibus.

26 Inter Tartaros convivium solenne Spiritibus inferni. Paul. Marc. Venet. *Histor. Tartar.* Placabant ridiculè, maximè qui læsam habebant conscientiam, formidantes Nemefim quæ ob crimen ultrix noxios fequebatur à tergo. Illo in die fumentes cibos è menfa currebant quasi furijs agitati, & stimulari ab hostibus, quos timebant: sed ut turò effugere ex fuga possent; ab utroque latere fragmina, ex his quæ ex menfa sumptæ post tergum projiciebant, ut illo cibo hostes lactari, cessarent persequi, & illi continuarent sine molestia cursum, quin respicerent retrò. Idem invenitur apud Blëum. Ritus alium hoc in convivio habebant, & crudele, quasi pro hilaritate, cum jam ebrijs essent. Laudabant juvenum agilitatem & industriam, qui laqueum collo injectum gladio secarent, postquam scabello remoto manebant in aère penduli: & qui convivio adstabant, ætate juvenes, perciti vanitate, in spectaculum sedentium, laqueum lubricè confectum, sumpto gladio, accommodabant gulæ. Verum cum ex periculo corporis pondere stringerentur fauces, amisso tactu haud gladij acie atrectabant funem; quo pendebant suffocati, ridentibus convivijs ad vina sedentibus. Mors sociorum illis festiva, ut paterent convivia diabolica. Ibid.

Tartarorum ferale convivium

Cæna ferilis Domitiani.

27 Aliter dæmonibus sacra cœnà funestâ fiebant, cunctis tinctis in horrorem atro colore. *Sacrificia quæ Dijs Inferis fiebant, non solo tempore, sed etiam colore vitælimarum & ritu singulari celebrabantur.* Natal. Comes, 1. *Mytholog.* à cap. 12. Unde in convivarum pavorem instituta à Domitiano ridicula cœna. Parari jusserat convivium nocte in ædibus nigerrimis; in quo mensæ, sedes, loca, famuli, fercula & mantilia, cum silentio fummo mortem tantum spirabant. At vanus convivis conceptus timor: equidem omnes vas pretiosis donati, quibus cœna fuerat instructa, immò & famulis, qui eis sub dæmonum specie ministrarant; quos probè lotos, atramentoque deterfo, speciosissimos agnovere. Domitianus (inquit in eo Xiphilinus) primoribus Senatorum & equestris ordinis convivium in hunc modum fecit. Apparavit edes omni ex parte nigerrimas: erant enim atra laquearia, parietes & pavementum. Quibus paratis rebus, eos de nocte introduci jubet absque comitibus, ac primum omnium juxta unumquemque columnam collocat, factam instar sepulchri, in qua nomen ejus inscriptum erat, pendebatque de ea lychniculus parvus ut assolet in monumentis. Tum nudi pue-

ri & aramento oblit, tanquam spectra quædam ingredimur, eosque terribili salatione circumcums, coque factio, ante ipsorum pedes consistunt. Ad extremum omnia qua in exequijs mortuorum inkiberi solent in vasis eodem modo eis apposta fuerunt. Cœna igitur peragebatur magno eorum silentio, ut qui timore pœna quasi exanimati essent. Quid ex hujusmodi scena ludicra? Risus. Ita ludebat insanus Imperator, qui magnis sumptibus specie Deorum infernalium, cupiebat formidari. Refertur etiam historia à Caussino lib. 3. *symbol.* 31. & Briet. ann. V. C. 844.

28 Hoc in fine mensis, nimirum Adar (ait Benjamin in *Itiner.* pag. 103.) in Agypto hordea metuntur: triticum autem proximo post mense, hoc est, in Nisam: eodemque mense cerasa matura sunt & amygdala, & cucumeres & cucurbitæ, &c. Die 7. Dytrix nex dira contigit Anaxarchi Philosophi, Alexandri Magni supra modum adulatoris. Freinsheim. in *Curtium*, lib. 8. cap. 10. Rex illum rogavit, quid de externa cœna sentiret? Respondit: *Cuncta magnificè & splendide, si caput Nicocreonis fuisset appositum.* Post Alexandri obitum Cypri Nicocreon Satrapa, crudelissimè torfit, cui dixit: *Tunde, unde Anaxarchi follem, animum, minime valebis.* Tunc tyranno munitanti linguæ abscisionem, dentibus amputatam projecit. Laërtius de *Vin. Philosophor.* lib. 9. Ovid. in *Ibim.* Cicer. 2. *Tuscul.* 99. Siccine Anaxarchus vitam non modo non deseruit, sed morte reddidit clariorem. Valer. Maxim. lib. 3. cap. 3. n. 4. Lingua ejus minutim jacuit, quæ multorum aures, & in primis Alexandri admiratione sui attonitas habuerat, dum terræ conditionem, habitum maris, siderum motus, totiusque denique mundi naturam prudentissimè & facundissimè exprompsit. Plutarch. in *Alexandr.* Cœl. Rhodigin. 8. cap. 1. & Bonifac. 1. *Histor. Judic.* cap. 22.

Mensis in Agypto.

Anaxarchi mors.

DIES XXX. FEBRUAR.

ULTIMUS inter nationes, in quo gradus 10. Solis in Piscibus, ut primus sit Decanus completus. De nativitate sub hujus Signi parte, ait Jul. Firmic. Matern. *Erunt potentes, omnibus noti, Regum amici, quibus navale committetur imperium, & erunt ex pugna victores: etiam justissimi & religiosi, magna prestantes & impetrantes, sed Regum dolo & irâ biathanati morientur.* In

Virginis spica.

Germ. Cæl.

Malhusalem oriur.

Obit Salomanar & regnat pro eo Sennacherib.

Cui negat tributa Ezechias.

Tobias reversus cum familia in Ecbatana.

Somnium Mardochei.

In hoc gradu oritur Virgo juxta Albumasar & Grannuyf. lib. 8. cap. 21. De occasu diximus d. 18. *Virgo habet spicam igneam in manibus, & ad genua Urnam.* Germ. Cæl. in *Præf. Phænom. Arat.* & n. 7. *Fuiget spica manuum, maturisque ardet arillis.* *Bos in Pasiva.* Sphær. Arab. Ann. O. C. 688. natus est Mathutalem, filius Henoch. Eutych. *Anna. Alexandr.* 2. Incepto anno 14. regni Ezechie repente è vivis sublatus Salmanasar, urgente divinam ultionem plurium jutorum injacta calamitate, quos cum impijs tyrannicè extorres fecerat. Aben-Melech in 4. *Reg.* 18. 10. Briet. *Ann. V. C.* 18. cœlitus fulminaram suspicatur. *De cuius mortis genere (intit) scriptura tacet: suspicari tamen licet ex ejus verbis, eum misere perisse, & totius Orientis terrorem & fulgur ita subito dissipatum esse; ut eo sublato, perique populi metu solverentur.* Octo tantum annis potitur regno. Verum metum expulsum obitu patris, iterum in corda subditorum introduxit velanus dignitate tyrannicè filius Sennacherib, aliter dictus Sargon, Isai. 20. 1. superbisimi patris arrogantissimus hæres, blasphemulque ponens in cœlum os suum. Magna moliebatur tumens, ut plus parente victorij illustret Assyriam: quapropter ut ansam in bellum advertit Ezechiam & regnum Juda haberet, perijt vectigal quod olim solvebatur Regibus Assyriorum, potissimè à tempore Achaz; uti videbitur, 5. *Septembr.* n. 3. sed Ezechias reuuit accipere hujusmodi jugum; quo ille in Judæam expeditionem disponit, & Ezechias in auxilium sibi foederavit Regem Aegypti. Constabit ex dicendis à 9. *April.* n. 4.

qua primum, primi mensis Nisan diem antecederat) vidit somnium, in quo duo dracones sibilantes, à quorum pugna concitatae sunt gentes, die in tenebras converso, quo etiam fons parvus crevit in flumen, in lucemque Solis conversus est, cujus ortu justitiam de improbis triumpharunt: Esher 11. à 2. A Domino nullam fuisse somnium, constat ibid. 10. à 5. & astruit Serar. d. *questiunc.* 3. Hoc vidit, sed pro illorunc visa non intellexit, ut tape in Biblijs dicitur: *Genes.* 37. 5. & 41. 1. *Daniel.* 2. à 1. & 4. à 1. Vid. D. Thom. 2. 2. *quest.* 95. art. 6. Rupert. *lib.* 9. de *Vidui. Verbi Dei*, cap. 2. & Petr. Venerabil. *lib.* 6. *Epist.* 16. Mardocheus ergo significationis somni fatagebat: & licet haud intelligeret; ab animo expellere non potuit, quem post decennium eventus declaravit.

5 Hac in die anno sequenti, nimirum, tertio regni, Assuerus fecit convivium illustre, de quo *Esther*, 1. à 1. & hic Chald. *Paraphr.* & Aben-Ezra cum Rabb. Salomone. Locus fuit Susa, in qua sedem primum regni collocavit, sic dicta quati lilium, aut violam, propter illius amoenitatem ad Chosroem fluvium. Situs, atria, cœnacula, & peramplæ aulae, exedrae ac triclinia, in quibus Principes; quousque invitati populares Susarum, qui accubuerunt septem diebus ultimis convivij, in vestibulo horti regis & nemoris. Ibid. v. 5. Unde in delicias Regum & civium structæ fuerant hujusmodi amoenitates, ut ait Benjamin, *Itinerar.* fol. 78. *Hodie etsi ex magna parte diruta, dicitur Taminis.* Invitati fuere Principes, Duces & Præsides 127. Provinciarum Perlidis & Mediæ. Ibid. v. 3. Placet Cajetano hic, nobisque (tametsi alij inficiantur) per vices fuisse invitatos, ut alij post alios in convivium venirent; quomam minime prudens, toto semestri tempore tot Provincias Praefectis carere; quod necessarium, si simul affuissent. Tempus regalis epuli dimidiatum annum, 180. scilicet per dies. Ibid. v. 4.

6 Causa & convivij propositum, quia ibid. tantum dicitur, *Ut ostenderet divitias gloria regni sui, ac magnitudinem atque jactantiam potentie sue;* non ut primaria accipitur, sed aliud altius propter quod convivium fecerit in potentia, magnitudinis atque divitiarum ostensionem. Quia sedit in Susis & in ea Regiam collocavit, quam studiosè exornaverat, palatia erexerat, & hortos instruxerat, immò arbores plantaverat in nemore; aridet nonnullis. Vide Sanctium hic num. 11. & Serar. *questiunc.* 9. quae de causa, quò supra v. 2. dicitur: *Susan civitas*

Cervoi-
vina Af-
sueri.

Locus & situs.

Convivia.

Tempus

Causa.